



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

III. Quotuplex sit Optio, seu jus optandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

quod in favorem inductum est, in odium retorqueatur contra vulg. jur. reg. Dixi *propria dimissa*, quoniam nec simul illam, quam habebat, cum optata, † retinere 28 potest; neque stallum † optare maxime superioris ordinis non optata etiam præbenda, seu propria non dimissa, ut *latius fortasse inferius cap. 7. ostendam*. Dixi etiam, *qua tamen reservata non sit*; quoniam præbendæ in curia vacantes, † aut alias reservatæ optari non 30 possunt, ut patet ex text. d. cap. fin. & *latius inf. cap. 3. demonstratur*. Subditur demum, *intra certum tempus*; quoniam † tempus ad optandum præstitutum perpetuum non est, sed ut plurimum est 20. dierum, licet id tempus aliquando mutari possit, ut *inferius c. 6. ostendam*.

Quæri etiam potest tercio, *Quotuplex sit optandus*; sed quoniam † unica species est, ut Dialectici lo- 32 quuntur, vel ut Juriscōsulti; unicum genus proprium, & substantiale Optionis, duplicem illam divisionem accidentalem attingisse solum sit satis, ut † alia sit consuetudine, alia statuto inducta; item alia, † quæ de iis 33 præbendis fit, quæ per ordinarium conferuntur, alia de illis quæ per summum Pontificem conferri deberent, aliqua tamen de causa, locum in illis habet optio, ita ut per eundem Pontificem sine expressa saltem derogatione conferri non possit nisi ea, quæ non fuerit optata, ut j. cap. 3. & 8. *explicabimus*, quibus etiam tertiam divisionem addere possumus, ut alia † Optio sit, 35 quæ à Canonicis fit; alia, quæ à beneficiatis in aliqua ecclesia, quos *Mansionarios* vocant; alia demum, quæ ab alicujus Militaris Religionis equitibus fit, *juxta ea, qua latius inf. cap. seq. q. 2. concl. 5. & cap. 3. q. 1. afferemus*. Nunc autem ad secundum cap. transeamus.

SUMMÆ RERUM.

I Consuetudo optandi innititur equitati Canonica: estque rationalis, æqua, & à jure approbata. num. 2.

2 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 3 *Ius optandi induci potest consuetudine.*
- 4 *Argumentum à Rubrica est optimum in iure.*
- 5 *Consuetudo illa, qua contra ius est, requirit ad suam introductionem spatium 40. annorum saltem de iure Canonico.*
- 6 *Consuetudo prater ius inducitur spatio decem annorum. Idem secundum aliquos in quavis rationabili, & aequa consuetudine. num. 7. Si tamen agatur de praesudicio tertii privati requiruntur 30. anni. nu. 8. si de praesudicio ecclesiae, 40 anni. num. 9.*
- 10 *Consuetudo prater ius est, qua neq; contra, neq; secundum ius est.*
- 11 *Consuetudo rationabilis qua sit, iudicis arbitrio relinquitur. Quid autem arbitrari possit iudex, dicitur num. 11. & seqq.*
- 13 *Rationabilitas non requiritur in consuetudine, qua prater ius est.*
- 14 *Rationabilis consuetudo est, qua continet bonum honestum, vel honorabile.*
- 15 *Consuetudo optandi secundum aliquos est prater ius, & rationabilis, ideoq; inducitur secundum eos spatio decem annorum.*
- 16 *Consuetudo optandi quando sit prater, & quando contra ius; quantoq; tempore inducatur, late ibi distinguitur cum num. seqq.*
- 17 *Consuetudo optandi inducitur spatio decem annorum, ubi praebenda certa sunt in numero, sed non distincta, quoad proprietates, quoniam portiones quaedam inaequales assignantur.*
- 18 *Consuetudo optandi ut inducatur, ubi praebenda sunt distincta, requiritur spatium 40. annorum.*
- 19 *Consuetudo optandi, ubi praebenda sunt distincta, est contra ius, vel, si prater ius, derogat tamen iuri ecclesiae, cui collator praest num. seqq.*
- 21 *Consuetudo optandi domos cur possit induci minori spatio, quam 40. annorum.*

- 22 Consuetudo rationabilis contra ius requirit ad sui introductionem spatium 40. annorum.
- 23 Consuetudo optandi requirit scientiam & patientiam ordinarii collatoris. Item scientiam, & consensum saltem tacitum majoris partis Capituli. num. 24. & eum non erroneum, sed ex certa scientia, & animo inducendi consuetudinem. num. 25.
- 26 Animus inducendi consuetudinem, quomodo colligatur, remissive.
- 27 Consuetudo quomodo probetur, remissive.
- 28 Consuetudo optandi quomodo probetur, remissive.
- 29 Consuetudo à quibus personis induci possit, remissive.
- 30 Consuetudo optandi, sicut & cetera consuetudines, unico actu induci non possunt, etiamsi actus sit notorius toti populo, seu collegio. num. 31. Nisi actus sit successivus. num. 32. & 38. vel iudiciarius, num. 33. Quod tamen est dubium. num. 34.
- 35 Actus ad consuetudinem requisiti quot esse debeant iudicis arbitrio relinquitur. Quid autem hac in re potissimum attendere debeat iudex. num. 36.
- 37 Actus consuetudinis debent esse interpolati, & conformes seu ex uniformi observantia.
- 38 Consuetudo optandi unico actu cum quadragenaria possessione forte inducetur.
- 39 Consuetudo optandi non debet necessario esse obtenta in contradictorio iudicio; nisi ubi unico actu inducenda est.
- 40 Consuetudinem optandi inducere non possunt, qui eius iuris non sunt capaces ex se; vel nisi illius capaces fiant ex dispensatione summi Pontificis. num. 41.
- 42 Milites, seu militaris religionis equites an possint inducere consuetudinem optandi.
- 43 Religio militaris Hierosolymitana sancti Ioannis ue nobilissima est, ita sola proprium religionis nomen retinet.

- 44 *Habitus non facit monachum, aut religiosum, sed potius professio regularis.*
- 45 *Consuetudine optandi sublata ab aliqua ecclesia per Pontificiam constitutionem, non poterit similis consuetudo ex eadem causa denuo introducitur poterit tamen ex nova causa. nu. 46. vel accedente expresso consensu Pontificis, num. 47. vel etiam sine nova causa, ubi solum praterita consuetudo in specie sublata est, num. 48.*
- 49 *Ius optandi statuto induci potest.*
- 50 *Statutum de optando fieri potest ab Episcopo quoad beneficia spectantia ad eius collationem, non autem aliorum. Ab aliis vero inferioribus non potest fieri huiusmodi statutum ob defectum potestatis. num. 51.*
- 52 *Statuta condere in iis, quae concernunt statum ecclesiae, requirit Episcopi auctoritatem: Quod quomodo verum sit, explicatur. num. 55. & seqq.*
- 53 *Episcopus, seu alius inferior non potest contra canones statuere. Quod limitatur. num. 58.*
- 54 *Prelatus non potest praedjudicare iuribus ecclesiae. Quod quomodo verum sit, exponitur num. 55. & seqq.*
- 56 *Confirmatio Praelati inferioris regulariter spectat ad Episcopum. Nisi obstet ipsius Episcopi statutum.*
- 57 *Prelatus praedjudicare potest ecclesiae suae in quarendis, non autem in quasitis.*
- 58 *Episcopus, & clerici inferiores, collegium constituentibus, possunt contra canones statuere in materia, in qua induci potest consuetudo canone permittente. Id quod omnino accidit in materia oppressionis.*
- 59 *Episcopus potest saltem ad vitam suam condere huiusmodi statutum optandi; quod idem perpetuo durabit, si accesserit consensus capituli. numero 60.*
- 61 *Prelatus potest donare aliqua bona loco religioso, multo*

multo vero magis suo Capitulo. nu. 62. præsertim
ex causa remunerationis, num. 63.

CAP. II.

Quo jure introducta sit Optio.

QUÆRO PRIMO, *Qua de causa introducta sit
Optio?*

Respondeo cum gloss. in d. cap. fin. in verbo antiquiores de consuet. in 6. quod hæc consuetudo † innititur æquitati Canonice, quæ vult, antiquiores præferri canonicis novis, & seniores in ecclesia junioribus, c. quid proderit, & seq. 61. dist. cap. episcoporum. 74. dist. c. ult. in 75. & c. bene quidem. 9. 6. dist. cum similib. quam gloss. sequitur inter alios Franc. Marc. decis. Delph. 1258. n. 2. 1. part. idem etiam voluerunt Archid. Jo. An. Gemin. & alii d. c. fin. dum respondent ad jura, quæ in contrarium facere videntur, & in specie Archid. num. 1. & Franc. num. 6. per hunc textum juncta glossa, & Rot. decis. 6. ad fin. de consuet. in no. dicunt, † hanc consuetudinem optandi esse rationabilem & approbatam à jure; rationabilem etiam & æquam eam dicit Vivi. in commu. opin. verbo consuetudo rationabilis & æqua, & late ostendit Prob. in Addit. ad Io. Monach. d. c. fin. num. 34. & seqq. Et sane summus Pontifex aperte illam approbare videtur, dum præbendam, quæ ex hac consuetudine optandi deberur, de jure debitum appellat; licet non ignorem, juris appellatione large consuetudinem comprehendi.

QUÆRO SECUNDO, *An & quanto tempore consuetudine induci possit jus optandi?*

De primo † nulla difficultas est, tum quia dispositio hujus textus, quæ de jure optandi agit, ponitur sub tit. & rubr. de consuetudine, quod est in jure optimum argumentum, † juxta text. in l. 1. & ibi not. Bart. Bald. Ang. Salic. Castr. Alex. & las. ff. si cert. pet. gl. in c. potuit de loc. & in rubr. de reg. jur. in 6. & utuntur passim eo argumento Doct. ut fuse prosequitur Nic. Everard. in
topia,